

TRACTATUS QUARTUS DE SACRAMENTO POENITENTIAE

CAPUT I.

De Essentia hujus Sacramenti.

DUBIUM I.

Quae sit ejus Materia et Forma.

425. *De materia et forma hujus sacramenti (Vide quae de his habentur apud Busenbaum).* — 426. *Monitum ad confessarios.* — 427. *De Materia remota.* — *Dub. 1. An mortalia commissa in susceptione Baptismi sint materia hujus sacramenti.* — *Dub. 2. An peccata alias confessa sint materia sufficiens hujus sacramenti.* — 428. *De Forma.* *Qu. 1. An forma hujus sacramenti consistat in verbis, et possit proferri in absentem.* — 429. *Et quaenam praesentia moralis poenitentis requiratur.* — 430. *Qu. 2. Quaenam forma in hoc sacramento sit proferenda.* — *Dub. 1. In quibus verbis consistat essentia formae. Et an necessarium sit verbum Te.* — *Dub. 2. An verba: A peccatis tuis.* — *Dub. 3. An verba: In nomine Patris, etc. Et an preces adjunctae.* — *Dub. 4. An per verba: Te absolvo possit sacerdos absolvere simul a peccatis et a censuris.* — 431. *Qu. 3. An possit valide et licite dari absolutio sub conditione.* — 432. *Causae justae absolvendi sub conditione.*

Materia remota et necessaria Poenitentiae.

425. — « Resp. I^o. Materia remota et necessaria est omne peccatum mortale, « post Baptismum commissum, et non confessum ». (Dicitur vero commissum post Baptismum, contra propos. 19 inter damnatas ab Alexandro VIII, quae pro peccato originali perpetuam agendam poenitentiam asserebat). — « Materia sufficiens, « etsi non necessaria, est omne veniale « post Baptismum commissum, vel etiam « mortale alias rite confessum.
« Materia proxima sunt actus poenitentis, *contritio, confessio et satisfactio*; « quarum ultima est integralis tantum (ut « patet in infirmo, qui, si ratione destituitur, solet absolvi absque satisfactione): « duae priores sunt essentialis; ut communiter docetur contra Scotum, qui totam

« essentiam ponit in absolute. Porro « peccata sunt tantum materia circa quam, « actus vero poenitentis, materia ex qua. « — Laymann¹, ex communi.
« Unde resolves:
« 1^o. Etsi peccatum mortale remissum « quomodocumque sit, teneris tamen confiteri si non fecisti. — Tridentinum².
« 2^o. Omitti possunt venialia, vel omnia « vel aliqua; item mortalia semel rite confessa, v. gr. in confessione generali, ut « docent Diana³, card. de Lugo⁴, contra « Victoria, Ledesma et alios^{a)}. — In qua « etiam non esse necessarium addere peccato mortali, quod post ultimam confessionem sit commissum, docent Bonacina⁵, Diana⁶, card. de Lugo⁷, ex Sanchez et Coninck. Quod est probabile:

Materia sufficiens potest omit- ti.

Scotus, in 4, dist. 16, qu. 1, n. 7. — ¹ Lib. 5, tr. 6, cap. 3, n. 5 et 6. — ² Sess. 14, de Poenit., cap. 4 et 5. — ³ Part. 3, tr. 4, resol. 86. — ⁴ De Poenit., disp. 16, n. 56. — *Victor.*, Sum., num. 166. — *Martin. de Ledesm.*, 2^a 4^a, qu. 8, art. 2,

dub. 15. — ⁵ Disp. 5, de Poenit., qu. 5, sect. 2, punct. 2, § 3, diff. 4, n. 5. — ⁶ Part. 3, tr. 4, resol. 62; et part. 4, tr. 3, resol. 65. — ⁷ Loc. cit., num. 47. — *Sanch.*, Decal., lib. 1, cap. 10, n. 71. — *Coninck*, disp. 7, n. 69, concl. 4.

425. — a) Victoria scilicet et Ledesma dicunt mortale esse non confiteri in generali confessione, omnia peccata jam confessa, modo

tamen poenitens sacerdoti dixerit se velle totius vitae peccata confiteri; secus vero, si non decipiat confessorem.

« nisi circumstantia aliqua, v. gr. speciem
« mutans, vel reservatio casus, vel pro-
« xima peccandi occasio aliud requirat ^{b)},
« et poenitentia sufficiens imponatur. Card.
« de Lugo, Tamburinius ¹. — Tutius tamen
« est nova ab antiquis secernere.

Imperfe-
ctiones non
sunt mate-
ria certa.

« 3^o. Ponenda semper est materia certa:
« qualem esse negat Sanctius ² (apud Dia-
« na ³), quod quis non responderit divinis
« inspirationibus, non fecerit bonum quod
« potuit, et similes imperfectiones. In qui-
« bus tamen exponendis, non tenetur con-
« fessarius impedire poenitentem, ut docet
« card. de Lugo ⁴ contra Sanchez ⁵. —
« Quod si haberi certa non possit, pro
« ratione dubii danda est absolutio; ut
« sub dubio, si materia prorsus dubia sit:
« vel absoluta, si certa videatur. Ita Sua-
« rez, Laymann ⁶ et alii communiter.

Quid, si
materia cer-
ta haberi
nequeat.

Forma Poe-
nitentiae.

« Resp. II^o. Forma sacramenti Poeni-
« tentiae sunt verba absolutionis: *Ego te*
« *absolvo a peccatis tuis* (ubi licet de es-
« sentia tantum sit *Absolvo te*, debent ta-
« men addi reliqua, praesertim in articulo
« mortis, secundum quosdam sub mortali,
« secundum alios sub veniali, ut vide Gra-
« nadum), voce prolata in praesentem. —
« Absentem enim Clemens VIII absolvi pro-
« hibuit, sub poena excommunicationis.

« Unde resolves:

Omnino
proferenda
voce et in
praesentem.

« 1^o. Invalidum est absolvere nutu, si-
« gno aut scripto. Item absolvere absen-
« tem: quod docuit Alensis ^{d)}, Medina ^{d)}
« et alii; sed vetitum nunc, ut modo
« dictum.

Lugo, disp. 16, n. 46 et 47. — ¹ Method. confess., lib. 2,
cap. 1, § 1, n. 3. — ² Joan. Sanctius, Select. disp. 7, n. 10. —
³ Part. 3, tr. 4, resol. 52. — ⁴ Loc. cit., n. 108. — Swar., de
Poenit., disp. 18, sect. 1, v. *Dubitari*. — ⁵ Lib. 5, tr. 6, cap. 3,
n. 5. — Jacobus de Granada, in 3 P., contr. 7, de Poenit.,
tr. 1, disp. 6, num. 9. — Clem. VIII, decr. *SSm̄us Dñus*

« 2^o. Valida est absolutio, si reverentiae
« causa dicas: *Absolvo dominationem, ex-*
« *cellentiam, vel majestatem vestram, etc.*;
« quia non mutatur essentialiter, et sunt
« verba aequivalentia. Aversa. (Vide su-
« pra, tract. 1, cap. 1, dub. 2). Non valet
« autem, si dicas: *Absolvat te Deus*, vel
« *Absolvat te Christus*. Aversa ⁶.

Mutatio-
nes acciden-
tales for-
mae.

« 3^o. Orationes praeviae et subsequentes
« formam, ut *Misereatur tui, etc.* et *Passio*
« *Domini, etc.* (quae secundum Tridenti-
« num laudabiliter adduntur), non sunt ne-
« cessitatis; et ex causa rationabili omitti
« possunt, v. gr. si breves sint confessiones
« vel multi confitentes (ut vide Diana ⁷);
« tunc enim sufficit dicere: *Absolvo te a*
« *peccatis tuis in nomine, etc.*, vel si ti-
« meatur censura: *Absolvo te a vinculo*
« *excommunicationis; deinde a peccatis*
« *tuis, etc.* — Vide Sa ⁸.

Orationes
praeviae et
subsequen-
tes.

« 4^o. Elevatio manus ejusque impositio
« in caput, item formatio crucis, est libera:
« etsi debeat servari consuetudo. — Ita
« Laymann ⁹, ubi idem dicit de apertione
« capitis.

Nimia be-
nignitas et
nimia seve-
ritas vitan-
dae.

« Forma autem Clementis VIII (ut tra-
« dit Sa et Rituale Romanum) est haec
« qua omnes utantur suadet Paulus V ^{e)},
« ideoque omnibus tenenda memoriter:
« *Misereatur tui omnipotens Deus, et di-*
« *missis peccatis tuis, perducatur te ad vi-*
« *tam aeternam. Amen.* Deinde elevata
« manu pergit: *Indulgentiam, absolutio-*
« *nem et remissionem peccatorum tuorum,*
« *tribuat tibi omnipotens et misericors Do-*

Forma ad-
hibenda.

noster, de die 20 Julii 1602; in Bullar. Rom. Mainardi. —
Aversa, qu. 12, sect. 2, i. f. v. *Sufficeret*. — ⁶ Loc. cit.,
v. *Secundo*. — *Triad.*, sess. 14, de Sacr. Poenit., cap. 3. —
⁷ Part. 3, tr. 4, resol. 97. — ⁸ V. *Absolutio*, num. 1. —
⁹ Lib. 5, tr. 6, cap. 3, n. 8. — Sa, loc. cit. — *Rituale Rom.*,
tit. 3, de Sacr. Poenit., cap. 2, Absolutionis forma.

^{b)} Circumstantiam pravae consuetudinis
in hoc casu Lugo et Tamburinius negant esse
necessario confitendum *per se*.

^{c)} Joannes Sanctius, *Select. disp. 1, n. 4,*
et seq., asserit aequum esse confessariis mo-
nere poenitentes ne sacramentaliter velut
absolvendas imperfectiones, quae peccata non
sunt, narrent. Et adducit Silvestrum, dicen-
tem confessarium teneri superflua in confes-
sione rescicare.

^{d)} Alensis, *Sum., part. 4, qu. 18, membr. 4,*
art. 5, § 9, negat eum qui habet usum sen-
suum et copiam sacerdotis posse per nuntium
confiteri: « Quod non per nuntium ex parte

sacerdotis, inquit, quia absolutio debet fieri
praesenti et non absenti ». — Joannes Medina,
Cod. de Confess. qu. 15, concl. 4, (edit. In-
golstad. 1581), ait: Si poenitens confessorem
adire nequeat, « probabile est posse per inter-
nuntium et per litteras absenti confiteri, et
ab eodem per litteras sacramentaliter ab-
solvi ». Haec autem quaestio decima quinta
in edit. Brixien. 1606 tota expuncta est.

^{e)} Scilicet et clarius: Sa et Rituale Roma-
num tradunt formam absolutionis. — Pau-
lus V in brevi *Apostolicae Sedi*, diei 17 Junii
1614, quo Rituale Romanum promulgat, ait:
« Hortamur in Domino.... [omnes] ad quos

« minus. Amen. Dominus noster Jesus
« Christus te absolvat, et ego auctoritate
« ipsius te absolvo ab omni vinculo ex-
« communicationis, suspensionis (quae vox
« circa laicos omittitur) et interdicti, in
« quantum possum et tu indiges. Deinde
« ego te absolvo a peccatis tuis, in no-
« mine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.
« Amen. Passio Domini nostri Jesu Chri-
« sti, merita B. Mariae Virginis et omnium
« Sanctorum, quidquid boni feceris et mali
« sustinueris, sint tibi in remissionem pec-
« catorum, augmentum gratiae, et prae-
« mium vitae aeternae. Amen ».

426. - Acturi de hoc Poenitentiae sa-
cramento, quod Christus Dominus ad hu-
manae imbecillitatis remedium instituit,
ante omnia munitionum velim confessarium
ut suas agnoscat partes, nempe *judicis,*
patris et medici ad munus suum aequa
lance exercendum. Sicut enim nimia be-
nignitas iniquitatum fomentum est, sic
nimia severitas fit pluribus via ad despe-
rationem. — Hinc Christus Dominus de-
claravit non esse spiritus sui, eos qui ni-
mis rigide cum peccatoribus agunt. Et
SS. Patres non solum invehunt in eos qui,
falsa pietate ducti, indebite peccatoribus
indulgent, sed etiam in eos qui indiscretum
rigorem cum poenitentibus adhibent; ut
conqueritur S. Ambrosius ¹, dicens: *Sunt*
etiam in nobis, qui habent timorem Dei,
sed non secundum scientiam, statuentes
duriora praecepta quae non possit humana
conditio sustinere. Qua de re sapienter ad-
vertit S. Bonaventura: *Cavenda est con-*
scientia nimis larga et nimis stricta. Nam
prima generat praesumptionem, secunda
desperationem...: prima saepe salvat da-
mnandum, secunda e contra damnat sal-
vandum. Immo Honorius III, in cap. *Ex*
parte, de transact., dixit, caeteris paribus,
magis inclinandum in rebus dubiis ad be-

nignitatem quam ad rigorem. Cum enim
ibi ageretur de modo procedendi contra
quosdam, quorum aliqui celebrabant in
ecclesiis interdictis, alii furtive sacrís ini-
tiabantur, etc., sic inquit: *In his vero,*
super quibus jus non invenitur expres-
sum, procedas (aequitate servata) semper
in humaniorem partem declinando, secun-
dum quod personas et causas, loca et
tempora videris postulare.

Non dubito quin majori quidem detri-
mento semper in Ecclesia fuerint confes-
sarii nimis indulgentes; cum major homi-
num pars ad vitia proni sint. — Sed non
modice etiam animarum saluti obsunt,
qui per nimiam austeritatem poenitentes
ita deterrent, ut ipsi vel peccata sua re-
ticeant, aut sic arctati jugum disciplinae
abjiciant, laxisque habenis in vitiorum coe-
num miserabiliter deinde se immergant.

Aggrediamur opus ad hunc Tracta-
tum de sacramento Poenitentiae expo-
nendum: cui utique omni studio prae cae-
teris materiis sedulo incumbendum, cum
in ipso totius theologiae moralis summa,
et quaestiones magis ad praxim spectan-
tes contineantur. Et ideo ego labori non
peperci, ut desiderio lectorum satisfacere-
m, utque ipsi omnia scitu necessaria
hic reperiant.

427. - In hoc Dubio, primo loco agi-
tur de materia remota et forma hujus
sacramenti. — Quod ad MATERIAM perti-
net, ad ea quae supra dixit Busenbaum,
duo tantum dubia addere occurrit.

Dubitatur 1^o. *An mortalia commissa*
in ipsa susceptione Baptismi sint materia
hujus sacramenti?

Affirmant communissime Suarez ²,
Holzmann ³; Escobar ⁴ cum Vasquez ^{a)} et
Henriquez ^{a)}; Salmant. ⁵; ac Elbel ⁶ cum
S. Bonaventura, Scoto, Mastrio, etc.; ex
D. Thoma ⁷, et ex S. Augustino, relato

Quid de
mortalibus
commissis
in suscep-
tione Bap-
tismi.

¹ Serm. 5, in Psalm. 118, n. 37; Migne, Patrol. lat.,
tom. 15, col. 1264. — S. Bonav., Compend. theol. verit.,
lib. 2, cap. 52. — ² De Bapt., disp. 28, sect. 5, v. *Dico* 3. —
³ De Sacr. Poenit., n. 454. — ⁴ Lib. 14, de Poenit., n. 18
et 59. — ⁵ Tract. 6, de Sacr. Poenit., cap. 4, num. 15. —
⁶ Sacram., part. 2, confer. 1, de Natura Poenit., n. 8. —

S. Bonav., in 4, dist. 4, part. 1, artic. 2, qu. 3, ad 4. —
Scotus, in 4, dist. 4, qu. 5. — *Mastr. de Melania*, in 4,
disp. 2, qu. 6, num. 146 et seqq. — ⁷ 3 P., qu. 69, art. 10,
corp. et ad 2. — S. August., cfr. de Bapt. contra Donatistas,
lib. 1, cap. 12, num. 18; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 43,
col. 119.

spectat, ut in posterum.... constituto Rituali in
sacris functionibus utantur ». Quod vero forma
haec sit Clementis VIII nullibi reperi.

427. - ^{a)} Vasquez, *disp. 160, cap. 2, n. 18 et*
seqq.; Henriquez, *lib. 2, cap. 27, n. 2*, affirmant
peccatum fictionis (pro quo tantum ab Esco-

in can. *Tunc valere 42, de consecr., dist. 4*, ubi ait: *Tunc valere incipit ad salutem Baptismus, cum illa fictio veraci confessione recesserit*. Ratio, quia haec peccata, licet sint tempore simul cum Baptismo, natura tamen sunt ipso posteriora. — Ita auctores praefati.

Sed ratio quam adducunt videtur non convincere. Saltem solummodo probare videtur pro peccatis quae Baptismus suscipiens post Baptismum patrare vellet; sed non pro peccato fictionis, nempe si ille susciperet Baptismum existens in mortali sine dolore. — Nec D. Thomas¹ dicit peccatum fictionis esse materiam sacramenti Poenitentiae; sed tantum ait quod illud per poenitentiam removetur: per poenitentiam autem ibi S. Doctor profecto non intelligit confessionem, sed dolorem de peccato. — Nec obstat textus D. Augustini: nam, ut explicat Glossa^{b)}, per illud *veraci confessione* intelligit *cordis contritionem*.

Dubitatur 2^o. *An sint materia sufficiens hujus sacramenti peccata alias confessa?*

Dubium posset fieri ex eo quod videtur non posse esse materia sacramenti Poenitentiae peccatum jam remissum; cum culpa deleta non possit amplius deleri. — Sed sententia affirmativa est certa apud omnes; prout docet D. Thomas², quem communiter sequuntur Suarez³; Palaus⁴ cum Laymann; et Salmant.⁵ cum Coninck, Filliuccio, et alii passim. Et clare patet ex *extrav. 1, de pruvil., § Verum, in fin.*, ubi Benedictus XI dicit: *Licet... de necessitate non sit iterum eadem confiteri peccata; tamen... ut eorumdem peccatorum iteretur confessio, reputamus salubre*. Idque confirmatur ex communi praxi fidelium. — Nec obstat dicere peccatum

¹ 3 P., qu. 69, art. 10. — ² In 4, dist. 17, qu. 3, art. 3, quaestiu. 5, sol. 5, ad 4; et dist. 18, qu. 1, art. 3, quaestiu. 2, sol. 2, ad 4. — ³ De Poenit., disp. 18, sect. 4, v. *In alio vero*, et v. *Tertius modus*. — ⁴ Tr. 23, punct. 6, n. 5. — *Laym.*, lib. 5, tr. 6, cap. 3, n. 5. — ⁵ Tr. 6, cap. 4, n. 22. — *Coninck*, disp. 4, n. 27. — *Fill.*, tr. 6, cap. 3, num. 59. — ⁶ 3 P., qu. 84, art. 3, ad 3; cfr. art. 4, ad 3. — ⁷ Lib. 5, tr. 6, cap. 3, n. 8. — ⁸ De Poenit., disp. 13, n. 2 et 6. —

bar citantur) subjici clavibus. Quamvis Vasquez, *disp. 159, cap. 3, n. 22*, dicat per sacramentum Poenitentiae remitti fictionis peccatum, ac proinde saltem per accidens cetera

deletum non esse amplius peccatum; peccatum enim, etsi remissum, semper peccatum est commissum; sufficit autem ut sacramentum habeat effectum in actu primo, nempe quod praebet gratiam deletivam peccati, quamvis per accidens in actu secundo peccatum non deleat.

428. — Quoad FORMAM vero hujus sacramenti, plures hic Quaestiones discutere oportet.

Quaeritur 1^o. *An forma hujus sacramenti essentialiter in verbis consistat?*

Resp. Affirmative; cum forma non aliter quam voce, non autem scriptura aut aliis signis, exprimi possit. Ita commune et certum est apud omnes cum D. Thoma⁶, quem sequuntur Laymann⁷, Lugo⁸, Bonacina⁹, Elbel¹⁰; et Salmant.¹¹ cum Cajetano, Coninck, Suarez, Valentia, et alii passim.

Hinc Clemens VIII, in constitutione edita die 20 Julii 1602, proscripsit propositionem hanc ut falsam et temerariam: *Licere per litteras seu internuntium confessorio absentis peccata sacramentaliter confiteri, et ab eodem absente absolutionem obtinere*. Praecepitque sub excommunicatione sibi reservata, et ipso facto incurrenda, ne haec propositio *unquam tamquam aliquo casu probabilis defendatur...*, aut ad praxim *quovis modo deducatur*. — Ex quibus verbis recte inferunt Salmant.¹² quod absolutio absentis in quocumque casu non solum datur illicite, sed etiam invalide. Nam si Pontifex tantum illicitam eam intendisset declarare, ipsa aliquando, urgente necessitate, et valide et licite dari posset; cum leges ecclesiasticae non possint obligare cum gravissimo damno, et tanto magis si illud est spirituale. Unde, si Pontifex voluit hujusmodi absolutionem

⁹ De Poenit., qu. 4, punct. 6. — ¹⁰ Part. 2, confer. 2, de Forma Absolut., num. 27. — ¹¹ Tr. 6, cap. 3, num. 30. — *Cajetan.*, Sum., v. *Confessio sacram.*, condit. 11. — *Coninck*, disp. 4, num. 66. — *Suar.*, disp. 19, sect. 1, n. 3. — *Valent.*, in 3 P., disp. 3, qu. 1, punct. 2, v. *Ratio hujus*; et disp. 10, qu. 1, punct. 6, v. *In aliis vero*. — *Clem. VIII*, decr. *SSinus Dñus Noster*, de die 20 Julii 1602. — ¹² Loc. cit., num. 23.

peccata sive praecedentia sive concomitantia Baptismum; quod, *disp. 160, loc. cit.*, de concomitantibus negat.

^{b)} Glossa, in can. *Tunc valere*, v. *Ad sa-*

Forma essentialiter consistit in verbis.

Absolutio data absentis nunquam est valida.

in nullo casu esse licitam, consequenter declaravit in nullo casu esse validam. — Paulus autem V, die 14 Julii 1605^{a)}, insuper damnavit interpretationem aliquorum in praefatum decretum, dicentium posse absolutionem absentis conferri, modo confessio in praesentia praecessisset: explicavit enim bullam Clementis esse disjunctive, non copulative intelligendam^{b)}.

429. — Requiritur igitur ut forma a confessorio voce proferatur, et ut poenitens ibi tunc moraliter sit praesens. — Haec autem moralis praesentia reputatur illa intra quam homines communi voce, quamvis altiori, loqui possunt et solent; ut dicit Sporer¹, Tamburinius², Holzmann³, et Elbel⁴: qui cum Sporer et aliis addit talem praesentiam posse extendi ad viginti circiter passus, praesertim^{a)} ubi poenitens nondum est egressus ab aspectu confessorii. — Recte vero advertit Sporer⁶ cum Reginaldo, Gobat, etc., revocandum esse poenitentem quando commode revocari potest. Caeterum censet cum Gobat et Bonacina, sine scrupulo absolvi poenitentem qui recessit e confessionali, si certo scitur esse adhuc intra paucos passus.

Merito autem Tamburinius non approbat Leandrum, qui dicit satis esse ad praesentiam moralem, si sacerdos videat poenitentem aut alio sensu percipiat: praesentia enim pro absolutione majorem propinquitatem requirit quam pro audienda concione vel Missa. Unde censet Tamburinius⁶ quod si quis aliquando non posset nisi a longe absolvi, puta si rueret e tecto, tunc absolutio sub conditione

Paulus V, in S. C. S. O. — ¹ Part. 3, cap. 5, n. 610. — ² Lib. 5, de Sac. Poenit., cap. 2, § 1, n. 11. — ³ De Poenit., n. 573, v. *Dixi*. — ⁴ Confer. 2, de Forma Absolut., n. 29. — *Sporer*, loc. cit., — ⁵ Part. 3, cap. 5, num. 615. — *Regin.*, lib. 8, n. 32. — *Gobat*, tr. 7, num. 288. — *Gobat*, loc. cit. — *Bonac.*, de Poenit., qu. 7, punct. 6, num. 2. — *Tambur.*, lib. 5, de Sac. Poenit., cap. 2, § 1, num. 11. — *Leand.*, tract. 5, disp. 2, qu. 30. — ⁶ Loc. cit., num. 13. — ⁷ De

litem, dicit peccatorum remissionem consequi « non propter Baptismum, sed propter cordis contritionem ».

428. — ^{a)} Aliter: die 14 Junii 1605.

^{b)} Hinc invalida foret absolutio data per *telephonium*; quia, licet voce expressa, ad absentem tamen dirigeretur.

429. — ^{a)} Sporer non habet vocabulum *praesertim*; sed absolute dicit placere sibi

danda esset. — Ait Holzmann⁷ quod si confessorius, ob periculum infectionis vel ob aliam causam, non posset intrare in cubiculum ubi est infirmus, potest a janua eum absolvere.

Recte autem advertunt Sporer^{b)}, Croix^{b)}; Elbel⁸ cum Stoz, non esse opus ut poenitens verba absolutionis audiat, et tanto minus ut eadem intelligat; sufficit enim ut sacerdos illa vere proferat. — Quinimo sapienter dicit Croix consultum esse ut in praesentia aliorum poenitentium praefata verba submisce dicantur, ne si aliquis dimittatur sine absolutione, id alii percipiant^{c)}.

Addit Tamburinius, bene posse absolvi poenitentem qui antea sua peccata in scripto legenda dederit, et deinde praesenti confessorio dicat: *De his me accuso*. — Quod tamen advertunt Salmant.⁹ cum Cano, Palao, Vasquez, Coninck et aliis, non permittendum nisi ex gravi causa: nempe, si quis ob angorem gutturis, impedimentum linguae, aut si puella supra modum verecunda in explicando voce sua peccata, valde gravem difficultatem sentiat. Rationem adducunt Holzmann¹⁰ et Sporer¹¹: quia, licet confessio nullo jure praecepta sit fieri vocaliter; tamen, cum communi Ecclesiae usu sit receptus modus sic confitendi, hic nunc obtinet vim praecepti, et proinde sine gravi causa foret illicita confessio aliter facta.

430. — Quaeritur 2^o. *Quaenam forma in hoc sacramento proferenda sit?*

Plures graves auctores tenent quod olim Ecclesia usa fuerit forma deprecatoria

Poenit., num. 573, in fine. — ⁸ Loc. cit., num. 29. — *Stoz*, lib. 2, num. 100, v. f. — *Croix*, lib. 6, part. 2, num. 652. — *Tambur.*, lib. 5, de Sac. Poenit., cap. 2, § 1, num. 8. — ⁹ Tr. 6, cap. 7, n. 11. — *Cano*, Relect. de Poenit., part. 6, v. *At existit hinc*. — *Palao*, tr. 23, punct. 3, num. 8. — *Vasq.*, de Poenit., qu. 91, art. 4, dub. 4, n. 6 et 7. — *Coninck*, disp. 6, n. 3. — ¹⁰ De Poenit., n. 558. — ¹¹ Part. 3, cap. 2, num. 488.

sententiam quae praesentiam usque ad viginti passus extendit, « si (ut ait) adhuc videatur vel aliquo sensu percipiatur ».

^{b)} Sporer, *loc. cit.*, n. 610; Croix, *lib. 6, part. 2, n. 1201*, hoc assertum silentio praetereunt.

^{c)} Quin etiam Croix absolute dicit melius esse ut se assuefaciat ad absolutionem submissa voce dandam.

Coram aliis, expedit voce submissa absolvere.

Quomodo et quando confessio possit fieri scripto.

Forma deprecatoria est invalida.

Peccata jam alias confessa sunt materia sufficiens.

(*Absolvat te Deus*) usque ad medium saeculum XIII, et quod etiam hodie haec sit in usu apud Graecos. Ita Tournely¹; et Morinus, Martene et Witsasse, apud Concina². — Sed id negant Baronius, Gonet et Nicolai, apud eundem Concina. Immo communissime nostri theologi morales, ut Suarez, Sotus, Lugo, Cajetanus^a), Vasquez, Valentia et alii plurimi, cum Salmant.³ et Croix⁴, censent formam deprecatoriam esse invalidam, ex eo quod Christus Dominus hoc sacramentum instituit (Joan. XX), expressit sententiam proferendam esse a sacerdote uti iudice, dicens: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*. Unde compertum videtur necessarium esse ut peccata ab ipsis sacerdotibus tamquam Christi vicariis remittantur, nec sufficere quod ipsi Deum, ut remittat, deprecantur.

Sed quid sit de hoc, hodie certum est et de fide, debitam formam esse formam indicativam; ut declaravit Tridentinum⁵ his verbis: *Docet... s. synodus sacramenti Poenitentiae formam, in qua praecipue ipsius vis sita est, in illis ministri verbis positam esse: Ego te absolvo, etc.; quibus quidem, de Ecclesiae sanctae more, preces quaedam laudabiliter adiunguntur*. — At super hac forma plura occurrunt Dubia.

Dubitatur 1^o. *In quibus verbis haec forma consistat?* Certum est apud omnes,

¹ Praelect. de Poenit., qu. 9, art. 1, concl. 3. — *Morin.*, de Administr. sacr. Poenit., lib. 8, cap. 8 et 12. — *Martene*, de antiquis Eccl. Ritib., lib. 1, cap. 6, art. 5, num. 12. — *Witsasse*, de Poenit., qu. 6, de Absolut., art. 1. — ² De Sacr. Poenit., lib. 2, dissert. 3, cap. 1, n. 1. — *Vincent. Baron.*, Theol. mor., part. 2, disp. 2, sect. 3, art. 5, § 2, (edit. 2^a). — *Gonet*, Cyp., de Poenit., disp. 12, art. 2. — *Nicol.*, in D. Thom. 3 P., qu. 84, art. 3, not. 4. — *Concina*, loc. cit., num. 1. — *Suar.*, disp. 19, sect. 1, v. *Circa hoc*. — *Sotus*, in 4, dist. 14, qu. 1, art. 3, v. *Est nihilominus*. — *Lugo*, de Poenit., disp. 13, n. 92. — *Vasq.*, qu. 84, art. 3, dub. 3, n. 5. — *Valent.*, in 3 P., disp. 7, qu. 1, punct. 3, v. *Prima opinio*. — ³ Tr. 6, cap. 3, num. 17. — ⁴ Lib. 6,

verba *Te absolvo* ad essentiam formae pertinere.

Sed sentiunt Lugo⁶ et Wigandt⁷ quod si dicatur: *Absolvo a peccatis tuis*, non est necessarium ad valorem formae verbum *Te*; cum hoc satis exprimitur in verbo *Tuis*. Attamen communissime huic opinioni contradicunt Suarez^b), Bonacina⁸, Holzmann^b), Concina⁹; et Palaus^b) cum Vasquez^c). — Prima opinio, speculative loquendo et spectata ratione, probabilior videtur. Sed quia haec secunda est etiam probabilis, saltem ob auctoritatem doctorum, in praxi haec omnino sequenda est; ex proposit. 1^a damnata ab Innocentio XI.

Dubitatur 2^o. An, dicendo: *Ego te absolvo*, requirantur verba: *a peccatis tuis*?

Negat communissime Pater Milante¹⁰, Concina¹¹, Holzmann¹², Roncaglia¹³, Sporer¹⁴, Palaus¹⁵; et Lugo¹⁶ cum S. Antonino, Silvestro, Cajetano, Navarro, etc.; ex D. Thoma¹⁷, et Catechismo Romano¹⁸, ubi dicitur: *Est autem forma: Ego te absolvo*; et nihil aliud ibi additur. Omnes tamen hi auctores^d) dicunt quod, licet *te a peccatis tuis* non sit necessarium ad essentiam formae; esset tamen mortale haec verba omittere, cum sit contra consuetudinem Ecclesiae.

Alii vero tenent ipsa pertinere ad essentiam, eo quod cum Christus dixerit: *Quorum remiseritis peccata, etc.*; sicut, quia dixit *quorum*, explicandum est *te*; ita,

part. 2, num. 639. — ⁵ Sess. 14, de Poenit., cap. 3. — ⁶ De Poenit., disp. 13, n. 26. — ⁷ Tr. 18, exam. 1, n. 5, v. *Resp. ad 2*. — ⁸ De Poenit., qu. 4, punct. 1, n. 1; cfr. punct. 2, n. 10. — ⁹ De Sacr. Poenit., lib. 2, diss. 3, cap. 1, n. 5. — ¹⁰ Exercit. 1 sup. prop. 1 Innoc. XI, § *Quaeres igitur 1^o*. — ¹¹ Loc. cit., n. 5 et 6. — ¹² De Poenit., n. 482, v. *Dices 4*. — ¹³ Tr. 19, qu. 1, de Poenit., cap. 2, qu. 3. — ¹⁴ Part. 3, cap. 5, n. 594. — ¹⁵ Tr. 23, punct. 5, n. 2 et 3. — ¹⁶ Disp. 13, n. 17. — *S. Anton.*, part. 3, tit. 17, cap. 21, § 1. — *Silvest.*, v. *Absolutio VI*, num. 2, § *Quantum*. — *Cajetan.*, Sum., v. *Absolutio a peccatis*. — *Navar.*, Man., cap. 26, n. 11; et in cap. 1, de poenit., dist. 6, a n. 9, n. 18. — ¹⁷ 3 P., qu. 84, art. 3. — ¹⁸ Part. 2, cap. 5, de Sacr. Poenit., n. 14.

^c) Vasquez, qu. 84, art. 3, dub. 4, pro alio quodam asserto citatur a Palao, nimirum pro illo quo negat verbum *Ego* necessarium esse; jam enim sufficienter includitur in verbo *Absolvo*; quod utique Vasquez, loc. cit., dicit sicut et de verbis: *A peccatis tuis*.

^d) Excepto Lugo et auctoribus ab eo citatis, qui silent de peccato quod admitteret ille qui verba haec omitteret.

Verba: *Te absolvo* sunt de essentia.

Quid de verbo *Te*, si dicatur: *A peccatis tuis*.

Verba: *a peccatis tuis* probabilis non sunt de essentia.

In praxi tenenda affirmativa.

Invocatio Trinitatis non est de essentia.

Probabiliter sunt de essentia.

quia dixit *peccata*, explicandum est *a peccatis*^e). Sic Croix¹ cum Majore et Pasqualigo; ac Mazzotta² cum Gabriele, Aversa, Gormaz, etc.; item Paludanus, Petrus Soto et Gabriel, apud Salmant.³ — Nec obstare dicunt quod ex circumstantiis satis determinantur verba *Ego te absolvo* ad significandam etiam absolutionem a peccatis. Nam, si hoc valeret, posset adhuc retineri verbum *Te*, quod ex circumstantiis satis etiam percipitur.

Prima opinio est probabilior. Sed in praxi nec recedendum a secunda, cum etiam sit probabilis; ut bene advertunt Elbel⁴, Salmant.⁵, Holzmann⁶ et Roncaglia⁷.

Dubitatur 3^o. An verba: *In nomine Patris, etc.*, sint de essentia?

Affirmant Durandus^f), Major^f), etc., apud Lugo⁸. — Sed communis et vera sententia negat; cum in institutione hujus sacramenti nullam mentionem Christus fecerit de hac invocatione SS. Trinitatis, sicut fecit in sacramento Baptismi. Ita Lugo⁹ (qui dicit oppositam ab omnibus rejici), Roncaglia¹⁰, Sporer¹¹; Bonacina¹² cum Coninck, Vasquez, Suarez, etc.; Croix¹³ cum Arriaga et Bosco; ac Salmant.¹⁴ cum Soto, Navarro et Cajetano.

¹ Lib. 6, part. 2, n. 638. — *Major*, in 4, dist. 14, qu. 2. — *Pasqual.*, Sacra mor. doctr., disp. 84, sect. 2, num. 10. — ² Tr. 6, disp. 2, qu. 4, cap. 1, v. *Dico 2*. — *Gabr. Biel*, in 4, dist. 14, qu. 2, art. 1, v. *Dicitur in diffinitione*. — *Aversa*, qu. 12, sect. 3, v. *Potius tamen*. — *Gormaz*, tr. de Poenit., part. 2, a n. 185. — *Palud.*, in 4, dist. 22, qu. 3, art. 2, (n. 5). — *Petr. Soto*, de Confess., lect. 4, v. *Secundum*. — *Gabr.*, loc. cit. — ³ Tr. 6, cap. 3, n. 2. — ⁴ Confer. 2, de Forma Absolut., num. 25. — ⁵ Loc. cit., n. 2. — ⁶ De Poenit., n. 482, i. f. — ⁷ Tr. 19, qu. 1, de Poenit., cap. 2, qu. 3. — ⁸ Disp. 13, n. 11. — ⁹ Loc. cit., n. 12. — ¹⁰ Loc. cit., qu. 3. — ¹¹ Part. 3, cap. 5, n. 596. — ¹² De Poenit., qu. 4, punct. 1, n. 2. — *Coninck*, disp. 4, num. 30. — *Vasq.*,

Hanc autem omissionem putant Roncaglia^g) et Granado^h), apud Croix¹⁵, esse mortalem. — Alii vero, ut Sotus, Valentia¹⁶) apud Bonacina¹⁶, censent nullum esse peccatum, secluso scandalo et contemptu. Sed haec opinio non videtur satis probabilis; cum talis invocatio sit juxta consuetudinem Ecclesiae. — Hinc melius alii fere communiter dicunt esse tantum veniale; ut Bonacina¹⁷, Elbel¹⁸ (qui dicit¹⁹) esse satis commune), Palaus¹⁹, Salmant.²⁰; et Platel, Bosco et alii, apud Croix²¹, qui absolute asserit id esse commune²²).

Verba autem *Dominus... Jesus Christus, etc.*, putat Concina²³ non posse omitti sine culpa. — Verba autem *Misereatur, Indulgentiam, et Passio Domini nostri, etc.*, dicit posse omitti¹). Et huic videtur favore Rituale Romanum²³, dicens: *In confessionibus autem frequentioribus et brevioribus omitti potest Misereatur, etc.; et satis erit dicere, Dominus noster Jesus Christus, etc.... usque ad illud, Passio Domini nostri, etc. Urgente vero aliqua gravi necessitate in periculo mortis, breviter dicere poterit: Ego te absolvo ab omnibus censuris et peccatis, in nomine Patris, etc.* — Sed communiter DD. dicunt omnes has preces posse omitti sine ullo peccato.

qu. 84, art. 3, dub. 4, num. 9. — *Suar.*, disp. 19, sect. 1, n. 19, v. *Secunda*. — ¹⁵ Lib. 6, part. 2, n. 629. — *Arriaga*, de Poenit., disp. 49, num. 15. — *Bosco*, de Sacr. Poenit., disp. 7, sect. 3, n. 8. — ¹⁴ Loc. cit., num. 3. — *Sotus*, in 4, dist. 14, qu. 1, art. 3, v. *Similiter Durand.* — *Navar.*, in cap. 1, de poenit., dist. 6, n. 34. — *Cajetan.*, Sum., v. *Absolutio a peccatis*. — ¹⁶ Lib. 6, part. 2, num. 637. — *Sotus*, loc. cit. — ¹⁷ De Poen., qu. 4, punct. 1, num. 2. — ¹⁸ Loc. cit., n. 2. — ¹⁹ Confer. 2, de Forma Absolut., num. 25. — ²⁰ Tr. 23, punct. 5, n. 3. — ²¹ Loc. cit., n. 3. — *Platel*, de Poenit., n. 304. — *Bosco*, loc. cit., n. 7. — ²² Lib. 6, part. 2, n. 637. — ²³ De Poenit., lib. 2, diss. 3, cap. 1, num. 10. — ²⁴ De Sacr. Poenit., cap. 2, Absolut. forma, n. 4 et 5.

^e) Nota hic S. Alphonsum omittere verbum *tuis*; nam licet omnes auctores citati requirant verba *a peccatis*, multi tamen ex eis omittunt verbum *tuis*.

^f) Durandus a S. Portiano, in 4, dist. 22, qu. 2, v. *Quantum ad 2*, haec verba requirit probabiliter, vel alia quae significant sacerdotem auctoritate Dei aut Christi absolvere. Et favet Major, loc. cit., verba haec includens in forma, et addens: « Reliqua autem verba ponuntur loco orationis ».

^g) Roncaglia, loc. cit., cap. 2, qu. 3, hoc omittit.

^h) Jacobus de Granado, in 3 P., controuv. 7,

de Poenit., tr. 1, disp. 6, n. 9, scribit: « Vix excusarem a mortali ».

ⁱ) Valentia, in 3 P., disp. 7, qu. 1, punct. 3, opin. 2, v. *Sed contra*, affert Soti sententiam, quam utique non reprobatur.

^j) Elbel dicit: « Hodie satis communiter fatentur DD. [non esse mortale], etsi nonnulli venialis saltem noxae condemnent omittentes sine causa ».

^k) Croix scribit: « Absolute dicunt esse veniale tantum Bosco, Platel alique communiter ».

^l) In frequentioribus scilicet et brevioribus confessionibus.

Omissio Trinitatis est venialis.

430. — ^a) Cajetanus, in 3 P., qu. 84, art. 3, resp. ad 4, id sane et satis perspicue insinuat.

^b) Suarez, disp. 19, sect. 1, v. *Dicendum ergo est*; Holzmann, de Poenit., n. 482; Palaus, tr. 23, punct. 5, n. 2, perspicue id insinuant; licet enim nullam mentionem faciant verborum *a peccatis tuis*, dicunt tamen duo haec verba: *Absolvo te*, omnino esse necessaria.

Omittere preces antecedentes, et subsequentes, nullum peccatum.

Convenienter tamen adiunguntur.

Per verba Te absolvo valide absolventur peccata et censuræ.

Sed est veniale.

Exceptio.

Ita Lugo¹ cum Navarro; Holzmann² cum Sporer; Viva³, Mazzotta⁴; item Sà^{m)}, Bosco, Dicastillus et Gobat, apud Croix⁵. Hocque videtur verius; dum Tridentinum⁶ dicit quod hae preces tantum *laudabiliter adiunguntur*: verbum enim *laudabiliter* nullum utique videtur importare praeceptum. — Nemo tamen dubitat quin convenientius sit, saltem in confessionibus longioribus, huiusmodi preces adiacere: maxime illas quae sequuntur: *Passio Domini nostri, etc.*; cum probabile sit cum D. Thoma, S. Antonino et aliis, prout infra dicemus agendo de satisfactione, quod per verba illa elevantur omnia bona opera poenitentis ad satisfactionem sacramentalem; saltem consulit Holzmann ut ea verba dicantur dum poenitens recedit.

Dubitatur 4^o. *An per verba Te absolvo, possit sacerdos valide absolvere poenitentem tam a peccatis quam a censuris?*

Communiter affirmant Palaus⁷, Bonacina⁸, Roncaglia⁹, Salmant.¹⁰, Viva¹¹, Holzmann¹². Ratio, quia nihil prohibet quin verba illa ex intentione sacerdotis dirigantur ad absolutionem tam a censuris quam a peccatis. — Merito tamen advertunt Roncaglia¹³; et Salmant.¹⁴ cum Granado et Leandro; item Sotusⁿ⁾, Coninckⁿ⁾ et Avilaⁿ⁾, id non excusari a culpa veniali; cum sit contra usum Ecclesiae. — Probabiliter vero Holzmann¹⁵, et Viva^{o)} cum Granado id omnino excusant, si nulla

adsit probabilis suspicio quod poenitens aliquam censuram incurrerit.

Caeterum, recte ait Pater Concina¹⁶, peccare mortaliter sacerdotem qui contra prohibitionem Ecclesiae vellet poenitentem absolvere prius a peccatis, et deinde a censuris.

Quamvis satis communis sit sententia, quod valide possit poenitens absolvi (si ipse sit in bona fide) a peccatis, non praemissa absolute a censuris; ut docent Suarez¹⁷, Sanchez¹⁸, Lugo¹⁹ et Salmant.²⁰ Ratio, quia prohibitio Ecclesiae nequit invalidare sacramentum, cuius valor pendet a jure divino, cum omnia ad illud requisita essentialia concurrunt.

431. — *Quaeritur 3^o. An possit valide et licite dari absolutio sub conditione?*

Omnes conveniunt (ut diximus de *Sacram. in gen.*, n. 26.), validam quidem esse absolutionem quae datur sub conditione de praeterito vel praesenti. — E converso, communiter dicunt doctores invalidam esse, si conditio sit de futuro; et hoc, etiamsi dicatur: *Absolvo te, si Deus cognoscit quod restitues*, aut simile (ut tenuimus n. 26.).

Difficultas est, *an sit licitum absolvere sub conditione de praesenti vel praeterito*. Resp. Affirmative cum communi doctorum, contra aliquos (juxta sententiam aliam n. 28.): dummodo justa adsit causa; nempe si, negata absolutione, notabile detrimentum immineret animae poenitentis.

Absolvere prius a peccatis, deinde a censuris, lethale sed validum.

Absolutio sub conditione de praesenti vel praeterito, valida.

Sub conditione de futuro, invalida.

Quando absolutio sub conditione sit licita.

punct. 5, n. 2. — ⁸ Qu. 4, punct. 1, n. 10. — ⁹ De Poenit., cap. 2, qu. 3. — ¹⁰ Tr. 6, cap. 3, num. 11. — ¹¹ Loc. cit., num. 3 et 4. — ¹² Loc. cit., num. 482, Dices 3, v. *Instabis: Rituale*. — ¹³ Loc. cit. — ¹⁴ Loc. cit., n. 11. — *Gran.*, in 3 P., contr. 7, de Poenit., tr. 1, disp. 6, n. 2. — *Leand.*, de Sacram. Poenit., disp. 2, qu. 39. — ¹⁵ Loc. cit., num. 491. — ¹⁶ De Poenit., lib. 2, diss. 3, cap. 3, n. 9. — ¹⁷ De Poenit., disp. 31, sect. 3, n. 6, v. *Hinc vero*. — ¹⁸ Decal., lib. 2, cap. 8, n. 5. — ¹⁹ Disp. 16, n. 613. — ²⁰ Tr. 4, de Each., cap. 7, n. 38.

Coninck, *disp. 14, n. 31*, approbat Sotum dicentem in imminente mortis periculo absolvendum esse ab utroque dicendo *Ego te absolvo*, quamvis «consultum» sit addere verba: *a censuris et peccatis*. — Avila denique, *de Censuris, part. 2, cap. 7, disp. 3, dub. 3*, sufficere ait in confessione formulam consuetam a censuris absolventi.

^{o)} Viva, *loc. cit.*, n. 3, affert sententiam Jacobi de Granado; sed addit: «Quamvis omitti non debeat [a censuris absolutio] juxta consuetudinem Ecclesiae, ad hoc ut, si poenitens

Causae justae absolventi sub conditione.

432. - Causae autem justae, secundum doctores infra citandos, videntur hae:

1^o. Si sacerdos prudenter dubitet an absolvet vel ne. — Ita Lugo¹, Croix², Sporer³, Roncaglia⁴; Bonacina⁵ cum Suarez^{o)}, Filliuccio^{b)}, Molfesio, Reginaldo; et Salmant.⁶ cum Vasquez, Graffio^{b)}, Dicastillo, etc.

2^o. Si confessarius dubitet an habeat jurisdictionem in poenitentem. Ita Sporer⁷. — Sed hoc non admitterem, nisi poenitens diu deberet carere absolute^{c)}. Et in hoc casu, censeo teneri confessarium patefacere poenitenti qui confessus sit mortalia, quod ipse tantum sub conditione absolutus sit: ut, si postmodum forte notum fiat quod confessarius revera carebat jurisdictione, poenitens iterum conditeatur peccata illa, ut debet.

3^o. Si urgeat necessitas suscipiendi Eucharistiam; ut dicunt Mazzotta⁸ et Sporer^{d)}. — Sed hic obiter advertendum quod, licet aliquis possit in huiusmodi necessitate sub conditione absolvi, quia talis necessitas sufficientem praebet causam

¹ Disp. 13, n. 107. — ² Lib. 6, part. 2, num. 1770. — ³ Part. 3, cap. 5, num. 622. — ⁴ Tr. 16, de Sacram. in gen., cap. 4, qu. 6, resp. 3. — ⁵ De Poenit., qu. 4, punct. 3, num. 1. — *Molfes.*, part. 1, tr. 7, cap. 5, n. 34. — *Regin.*, lib. 3, num. 7. — ⁶ Tr. 6, cap. 3, n. 22. — *Vasq.*, qu. 84,

sit immemor alicujus peccati habentis annexam censuram, prius ab illa absolvatur, ut possit sacramentum suscipere ».

432. — ^{a)} Suarez, *de Sacram. i. g., disp. 13, sect. 3, v. Dico 3*, rationem generalem huius asserti affert, nimirum conditionem in sacramentis non esse facile adhibendam sine causa, vel necessaria vel probabili.

^{b)} Filliuccius, *tr. 6, n. 72 et seqq.*; et Jacobus de Graffis, *Decis. avar., part. 1, lib. 1, cap. 32, n. 2*, casum hunc praetermittunt.

^{c)} Et poenitens esset in mortali, ut addit S. Doctor in *Hom. Apost., tr. 16, n. 6*, qui prudenter haec alia subdit: «Hoc ceteroquin debet intelligi in solo dubio facti; quia si jurisdictionis est positive dubia de jure, id est si probabilis est ob DD. auctoritatem, bene potest absolute conferri; nam tunc supplet Ecclesia, semper ac gravis adest causa ».

^{d)} Sporer, *loc. cit.*, n. 622, exemplum hoc non habet.

^{e)} Cfr. *Hom. Apost., tr. 16, n. 6*, ubi eadem fere habet S. Doctor. Quin etiam, *ibid., tr. 15, n. 34*, negat posse ad communionem accedere, si dubitat dubio positivo de validitate absolutionis: «Si quis, inquit, est certus de peccato commisso, tunc non potest communi-

confessario absolventi sub conditione; poenitens tamen non posset accedere ad communionem, nisi certo dispositus ad illam (vel saltem probabiliter, juxta alios citandos infra, n. 475.), ad hoc ut servet praeceptum Apostoli, quod omnes accedant probati. Unde, in mero dubio negativo suae dispositionis, nemo potest communionem suscipere^{e)}.

4^o. Si dubitetur an poenitens sit rite dispositus per verum dolorem et propositum. Ita Sporer⁹, Mazzotta¹⁰, et Palaus¹¹ cum Vasquez^{f)}, etc.

Sed huic doctrinae sic generaliter traditae nec valeo acquiescere. Nam dico 1^o. Non posse absolvi sub conditione peccatorem recidivum in culpas lethales, qui non probetur dispositus per signa extraordinaria (prout infra dicemus, *ex n. 459*): nisi esset in periculo mortis; vel nisi, excipit Schildere^{g)} apud Croix^{h)}, prudenter timeatur quod peccator ille non amplius ad confessionem redibit, et in peccatis suis tabescet.

Dico 2^o. Idem dicendum esse de recidivo in venialia, qui sufficientem habet

art. 3, dub. 5, n. 1. — *Dicast.*, de Poenit., disp. 5, n. 81. — ⁷ Part. 3, cap. 5, num. 622. — ⁸ Tract. 6, disp. 2, qu. 4, cap. 2, v. *Dico 2*. — ⁹ Part. 3, cap. 5, num. 622. — ¹⁰ Tr. 6, disp. 2, qu. 4, cap. 2, v. *Dico 2*. — ¹¹ Tract. 23, punct. 5, num. 9.

care, nisi certus sit se per confessionem probatum fuisse, quia tunc certe possidet in eo praeceptum probationis; unde ille cum dubio negativo aut positivo an recuperaverit necne amissam gratiam (v. g. cum dubitat an confessio fuerit nulla ex defectu dispositionis aut jurisdictionis, aut si dubitat de contritione in casu necessitatis communicandi), non potest communionem recipere; quia tunc agit contra praeceptum, quod requirit probationem non solum probabilem, sed etiam certam, sicut fuit certum peccatum ». Secus vero foret in dubio sive negativo sive positivo quo quis dubitaret utrum peccatum lethale admisisset necne; tunc enim communicare posset non praemissa confessione, ut ibidem ait S. Doctor.

^{f)} Vasquez, *qu. 84, art. 3, dub. 5, n. 2*, affertur a Palaus pro ratione qua nititur assertum: quod scilicet non fiat sacramentum injuria si conditio non subsistat.

^{g)} Croix, *lib. 6, part. 1, n. 110*, casum hunc habet; sed Schildere, *de Principiis conscient., tr. 6, n. 2*, principium generale solum, nempe licitum esse sacramentum sub conditione conferre, quando adest magna causa illud recipiendi, et non potest conferri nisi cum dubio de valore.

Quid de recidivis.

usum rationis. — Quia, cum possit hic confessarius de brevi certum se reddere de poenitentis dispositione per experimentum emendationis ei differendo absolutio- nem, non videtur adesse sufficiens causa absolventi illum sub conditione.

Dico 3°. Probabiliter posse absolvi pue- rum vel semifatum sub conditione, quan- do dubitatur de ipsorum dispositione. — Et quidem si urgeat periculum mortis vel praeceptum paschale, communissime dicunt doctores cum Lessio ^{h)}, Lugo ⁱ⁾ et aliis, tales esse absolventes sub condi- tione, si dubie sint dispositi; maxime si confessi sint aliquod dubium mortale; quo casu ait Lugo ⁱ⁾ non videri de hoc dubi- tandum. — Idque puto omnino dicendum, contra Lessium ^{h)}, etiam extra tempus mor- tis vel praecepti; ut verius dicunt Sporer ^{l)}, Mazzotta ^{j)}, et Laymann ^{q)}, qui ait saltem posse ^{k)} absolvi: in eo enim casu non solum adest justa causa utilitatis, ne poenitens privetur gratia sacramentali, sed etiam necessitatis, ne ille forte maneat in mor- tali. In tantum autem alii usu rationis praediti non debent absolvi, cum de ipso- rum dispositione dubitatur, quia adest via et spes quod dilata absolute, brevi illi

certo dispositi redeant, et absolvantur: sed quoad hos semifatuos et pueros nondum perfecte rationis compotes, deest haec via et spes quod brevi afferant hanc certam dispositionem. — Immo non improbabili- ter dicunt Sporer ^{l)}, Mazzotta ^{m)}; et Go- bat, Diana et Schildere ⁿ⁾, apud Croix ^{o)}, posse absolvi sub conditione hujusmodi pueros, etiamsi afferant peccata tantum levia: ne diu priventur gratia sacramen- tali, et ne maneat in mortali, si forte habeant, ut loquitur Lugo ^{o)}.

Dico 4°. Probabiliter posse sub condi- tione absolvi (ut censet Bonacina ⁴⁾) poe- nitentem pium, qui aliquas tantum imper- fectiones confitetur, de quibus dubitatur an pertingant ad venialia. Hoc tamen non admitterem saepe ^{p)}, neque si ille posset materiam certam de vita anteacta prae- bere. — Caeterum, cum poenitens non dat materiam certam, non tenetur confessarius eam exquirere ut absolvat. Et casu quo exquisierit, et non repererit certam materiam, ait Sporer ^{q)}, non tenetur ab- solvere sub conditione; cum poenitens tunc nullum jus certum habeat ad illam, quando non affert materiam certam aut saltem dubie necessariam.

Poenitens
qui confite-
tur tantum
imperfec-
tiones.

¹ Part. 3, cap. 5, n. 622. — ² Lib. 5, tr. 6, cap. 5, n. 7. —
Gobat, tr. 7, n. 451 et 452. — Diana, part. 4, tr. 3, resol. 53. —

³ Lib. 6, part. 2, n. 1797. — ⁴ De Poenit., qu. 4, punct. 3,
num. 1.

^{h)} Lessius, *Auctar.*, v. Confessarius, cas. 6. « Si dubitetur, inquit, potest illis dari bona precatio et benedictio, quae magni est aesti- manda. Nec est quod sacerdos hic se implicet aut vexet ».

ⁱ⁾ Lugo, *disp.* 17, n. 22, loquitur de puero, de quo dubitatur an rationis usu polleat, et qui confitetur aliquod veniale, quem dicit ab- solvendum esse non solum in articulo mortis, sed etiam extra illud. Et quidem, quando urget praeceptum Ecclesiae « de confessione », non videri dubium quin sit absolvendus, si confitea- tur aliquod mortale dubium, sed videri etiam absolvendum si solum veniale confessus sit.

^{j)} Mazzotta, *loc. cit.*, v. *Dico* 2, absolven- dos esse ait « tempore praecepti paschalis ».

^{k)} Scilicet absolvi posse sub conditione, saltem animo retenta, ut ait Laymann.

^{l)} Sporer, *loc. cit.*, n. 622, de hoc non loquitur, sed dicit posse et debere absolutio- nem dari sub conditione, quando poenitens affert sola dubia peccata in materia mortali, nec ullum certum explicare potest. Sed *cap. 1, n. 56*, dicit universaliter, non vero de pueris in specie: « Si poenitens sola venialia dubia afferat, nullumque certum exponat, extra

saltem periculum mortis, non erit absolvendus, nec sub conditione quidem ».

^{m)} Mazzotta, *loc. cit.*, sententiam hanc ul- timo loco affert; unde videtur eam amplecti.

ⁿ⁾ Schildere male hic citatur a Croix; etenim, *tr. 6, cap. 5, § 1, n. 36, v. Extra illos casus*, scribit: « Quando puer non adfert nisi peccata levissima venialia, praesertim sub du- bio, et signa doloris sint dubia, difficile est di- cere quod sub conditione absolvi possit, quando absolutio commode differri potest, cum sacra- mentum non possit sub conditione conferri sine justa causa ».

^{o)} Lugo, *disp.* 17, n. 22, ita sane loquitur, sed tractat de tempore praecepti.

^{p)} Scilicet solum semel in mense, ut ait S. Doctor in *Hom. apost.*, tr. 16, n. 6. Cete- roquin Bonacina addit etiam: « Melius tamen est in tali eventu curare ut poenitens aliquod anteactae vitae peccatum exprimat ».

^{q)} Sporer, *part. 3, cap. 1, n. 56*, dicit absol- vendum esse sub conditione, si necessitas immi- neat, et peccata sub dubio proposita sint gravia (nisi poenitens ex malitia nollet certa confiteri); si vero sint levia, extra periculum mortis non esse absolvendum, ne sub conditione quidem.

DUBIUM II.

Qualis contritio requiratur.

433. *Vide quae habentur apud Busenbaum de Dolore et Proposito.*

§ I.

DE QUAECTIONIBUS AD DOLOREM PERTINENTIBUS.

434. *Quid sit poenitentia ut virtus; et quid, ut sacramentum.* — 435. *Qu. 1. An contritio consistat in dolore vel in detestatione.* — 436. *Qu. 2. Ex quo motivo elicienda sit contritio.* — 437. *Qu. 3. Quando obliget praeceptum contritionis.* — *Dub. 1. An obliget extra periculum mortis. Et an ejus dilatio sit speciale peccatum.* — *Dub. 2. An qui in articulo mortis confessus sit cum attritione teneatur deinde elicere contritionem.* — *Dub. 3. An praeceptum contritionis obliget in diebus festis.* — 438. *Qu. 4. An ad justificationem requirantur singulae contritiones ad singula peccata.* — 439. *Qu. 5. An in confessione requirantur explicitae actus fidei et spei.* — 440. *Qu. 6. An in sacramento sufficiat attritio sine amore praedominante.* — 441. *An quaelibet contritio deleat peccatum extra sacramentum.* — 442. *Et an peccatum possit consistere cum caritate praedominante, si sit remissa. Solvuntur objectiones, ubi probatur amorem inchoatum includi in attritione.* — 443. *Qu. 7. An sufficiat attritio ex metu poenarum temporalium.* — 444. *Qu. 8. An sacramentum Poenitentiae possit esse aliquando validum et informe.* — 445. *Qu. 9. An dolor debeat praecedere ad confessionem.* — 446. *Qu. 10. Per quantum temporis actus doloris moraliter perseveret.* — 447. *Qu. 11. An poenitens debeat elicere actum doloris cum intentione confitendi.* — 448. *Qu. 12. An qui confitetur peccatum oblitum statim post absoluteionem, teneatur novum elicere dolorem.* — 449. *Qu. 13. Quomodo eliciendus sit dolor in confessione venialium.* — *Dub. 1. An sit mortale confiteri venialia sine ullo dolore.* — *Dub. 2. An in confes- sione venialium sufficiat dolere de uno peccato sine alio.*

§ II.

DE QUAECTIONIBUS AD PROPOSITUM.

450. *Qu. 1. An sufficiat propositum virtuale sive implicitum.* — 451. *Qu. 2. Quae sint conditiones requisitae ad verum propositum.* — *Et sunt: 1. Ut sit firmum. Quid, si poenitens credat certo se relapsurum.* 2. *Ut sit universale. An requiratur universale propositum de mortalibus.* 3. *Ut sit efficax.* — 452. *Qu. 3. Quomodo se gerere debeat confessarius cum iis qui sunt in occasione peccandi.* — *Dub. 1. Quotuplex sit occasio, et quotuplex periculum peccandi. Et quae occasio vitari debeat.* — 453. *Dub. 2. An possit absolvi qui non vult amovere probabilem peccandi occasionem.* — 454. *Dub. 3. An qui est in occasione proxima voluntaria, possit semel vel iterum absolvi.* — 455. *Dub. 4. An possint absolvi qui sunt in occasione proxima necessaria. Praesertim causa suae artis vel officii.* — 456. *Sententia tenenda circa absoluteionem his diffe- rendam.* — 457. *Dub. 5. An possit absolvi, qui in occasione necessaria, adhuc reme- diis adhibitis, eodem modo fuerit relapsus.* — 458. *Annotatur doctrina s. Caroli Bor- romaei.* — 459. *Qu. 4. Quomodo se gerere debeat confessarius cum consuetudinariis ex intrinseca fragilitate; et quomodo cum recidivis. An recidivus possit pluries absolvi sine signis extraordinariis.* — 460. *Quae sint signa extraordinaria.* — 461. *Quae certitudo dispositionis poenitentis sufficiat ad eum absolvendum.* — 462. *An liceat differre absoluteionem poenitenti disposito sine ejus consensu.* — 463. *An expediat vel ne saepius differre absoluteionem.* — 464. *Cur potius differenda est absolutio iis qui sunt in occasione extrinseca, et non recidivis ex fragilitate intrinseca.*

Contritio,
quid.

Perfecta
et imperfe-
cta.

433. — « Suppono quod *contritio* in com-
« muni sit dolor ac detestatio peccati com-
« missi, cum proposito emendandi; ut habet
« Tridentinum ¹. Ubi eam dividit in per-
« fectam, quae absolute sic dicitur; et

« in imperfectam, quae *attritio* dicitur. —
« *Perfecta* est quae elicitur ex motivo ca-
« ritatis propter Deum summe dilectum;
« et haec ex se sola mox justificat, etsi cum
« voto et ordine ad confessionem, quam

¹ Sess. 14, de Poenit., cap. 4.